



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Epilogus totius operis, n. 20

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

tate non tantum in Europa, sed in Orientis, & Occidentis solis Indis plurimæ, & frequentissimæ habentur.

EPILOGVS TOTIVS
OPERIS.

Totius o-
peris con-
clusio.

Bernard.
serm. 4. de
Assumpti.

Precatio
ad Virgi-
nem.

Apoc. 4.

Monstra
te esse ma-
tram.

His igitur de sanctissimæ Virginis Dei-
paræ laudibus sub diuini Throni ty-
po adumbrata; atque de pietate, qua eam vene-
rari debemus, vicumque pertractatis, vela
contrahentes vniuersæ huic disputationi fi-
nem imponamus. Et si enim (vt testè Bernar-
das ait) non est, quod magis nos delectet; sed
nec est, quod terreat magis quam de gloria
Virginis Mariæ habere sermonem. Quod si
quid boni ipsa Magistra in hoc opere de eius
laudibus dictum est, in eam (vt par est) refe-
ratur: si quid verò nostra imperitia, ac rudi-
tate minus dignum eius maiestate locuti su-
mus, veniam ab ipsa precamur. Interea illud
suppliciter atque obnixè te Virgo sanctissima
rogamus, & oblectamus, vt hoc qualemcun-
que nostrum munusculum, & dignitati, ac
pro meritis tuis longè impar obsequium pro-
tua benignitate suscipere non dedigneris. &
quæ Thronus es Dei, multis ei nominibus
proxima atque auctoritate, & gratia apud
eum polles maxima, quæ Matris & Aduoca-
tæ nostræ nomen, ac munus sustinere non
dedignaris, erga me, cæteroque omnes famu-
los tuos monstres te esse Matrem. Fac ô piis-
sima Mater, vt te ipsa tantæ tuæ dignationis
effectum in nobis experiamur. Quamuis enim
non me lateat Virgo sanctissima egregiè in
nos obire te munera Matris, & vnicuique no-
strum merito te dicere posse. Monstra te esse
filium: nec enim me fugit (quid enim me fugi-
at cum in me ipse quondam experiat) nos per
augustissimæ Matris beneficentia, & amplitu-
dine charitatis, pro nostrarum vitium imbeci-
litate filiorum partes minime sustinere, &
propter nostra demerita indignos plaudesse,
qui filij tui nominemur, ac sumus. Vellem
namque Mater benignissima, vt tantum in
nostris meius esset ponderis, quantum est in

tua charitate momenti: memineris tamen
Mater sanctissima, quando æqua in lance non
sumus dictum tibi prius fuisse: *Ecce filius tuus,* *leam ty.*
quam Ioanni, *Ecce mater tua.* Quocirca tu *B. Virg.*
prius aberrantes nos, & à recto virtutis tramite *nos ipse*
per abrupta vitiorum longissimè digressos *primus qui*
querere, inuenire, & ad diuinorum mandato- *nos dicit*
rum viam caritatis tuæ nutu efficaciter reuo-
care digneris: vt ea saltem ratione nos tibi fili-
os exhibeamus. Compatere Domina, figmen-
to nostro, quod luteum, quod leue est, quod ad
mala procliuè. Conniue tantisper in erratis
nostris, purga nos apud eum, quem ob nostra
demerita merito timemus, filium tuum Do-
minum nostrum. Tu enim es ipse vnica pec- *Aug. 1.*
catorum: per te speramus delictorum veniam, *serm. 16.*
& in te beatissima nostrum est expectatio præ- *Sancti*
miorum. Nos verò omnes (vt verbis vtar ab *Aug. 1.*
Apostolo mutatis, quæ & nostræ huic de *serm. 16.*
Throno Dei disputationi congruunt) ad eam *Sancti*
cum fiducia ad hunc Thronum gratiæ Dei *Aug. 1.*
param scilicet, vt: misericordiam coniequa- *serm. 16.*
mur, & gratiam inueniamus in auxilio op- *Sancti*
portuno. Ipsa enim ex Isaia, est *Isa. 40.*
misericordia præparatum Agno dominatoris Terræ;
Et sedebis super illud in veritate: in Tabernaculo
Dauid, iudicans Et quærens iudicium, Et veloci-
ter rediens, quod iustum est. ita apud Isaiam.
Qui ergo miseris premimur, ærumâs virge-
mur, calamitatum fluctibus vniq; iactamur,
ad Matrem misericordiæ, quæ solium est in
misericordia præparatum, in quo residet Deus
pater misericordiarum, & Deus totius conso-
lationis accurramus; Deiparæ Virginis diuina
opulante gratia seruos, ac filios obsequen-
tes, minimeque degeneres ipsi exhibeamus illi
nos nostraque liberalissimæ offerentes, eius
efficacissimum, ac simul præsentissimum apud
Deum patrociniū imploremus, vt eius bene-
ficio misericordiam tandem consecuti in Cœ-
lesti Patria Christum Iesum eius filium lauda-
re, & benedicere & glorificare mereamur:
cui sit cum Patre & S. Spiritu omnis
laus, honor, gloria in sæcula
sæculorum A-
men.

FINIS.

AXIS